



**Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

IX. Quot Psalmi dicendi sunt, in Nocturnis horis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](#)

ptembris exclusis, cessamus à dormitione meridi-  
ana.

8. Ordinamus præterea, quod à festo Purificatio-  
nis beatissimæ virginis Mariae, usque ad Kalendas  
Octobris, Nocturni, & Laudes beatæ Virginis, con-  
uentualiter non dicantur in choro, ob noctium bre-  
uitatem, & ut ordinarium officium morosius, &  
deuotius dicatur.

9. Quod etiam in omnibus festis duodecim lectio-  
num, propter officiorum prolixitatem seruare vo-  
lumus.

*Quot Psalmi dicendi sint in nocturnis Horis.*

CAP. IX.

**H**YEMIS TÉPORE, PRÆMISSO IN PRIMIS VER-  
BIS, Deus, in adiutorium meum inten-  
de: Domine ad adiuuandum me festina. In  
secundo ter dicendū est: Domine, labia mea  
aperies: & os meum annunciat laudē tuā.  
Cui subiungéndus est tertius Psalmus, & Glo-  
ria. Post hūc Psalmus nonagesimus quartus,  
cum Antiphona aut certè decantandus. Inde  
sequatur Ambrosianum: deinde sex Psalmi  
cum Antiphonis. Quibus dictis, dicto versu,  
benedicat Abbas. Et sedentibus omnibus in  
scamnis, legantur vicissim à fratribus in  
codice super analogiū tres lectiones: inter quas  
& tria Responsoria canantur. Duo responso-  
ria sine Gloria dicantur. Post tertiam verò le-  
ctionem, qui cantat, dicat Gloria. Quam dū  
incipit cantor dicere, mox omnes de sedili-  
bus suis surgant ob honorem & reuerentiam

sancꝝ

ianctæ Trinitatis. Codices autem legantur in vigiliis tam veteris Testamenti, quām noui diuinæ authoritatis: sed & expositiones eārum, quē à nominatissimis doctōribus orthodoxis & catholicis Patribus factæ sunt. Post has verò tres lectiones cum Responsoriis suis, sequuntur reliqui sex Psalmi cum Alleluia canendi. Post hos lectio Apostoli sequatur, ex corde recitanda: & versus & supplicatio Litaniæ: id est, Kyrie eleison: & sic finiantur Vigiliæ nocturnæ.

*Capitulū.*

*Qualiter a statis tempore agatur nocturna laus.*

C A P V T . X .

**A** Pascha autem usque ad Calendas Novemboris, omnis (ut suprà dictum est) psalmodiæ quātitas teneatur: excepto, quod lectiones in codice, propter breuitatem noctium, minimè legantur: sed pro ipsis tribus Lectionibus, una de veteri Testamento memoriter dicatur: quām breue Responsorium subsequatur, & reliqua omnia, ut dictum est, impleantur: id est, ut nūquām minus à duodecim Psalmorum quantitate, ad Vigilias nocturnas dicatur: exceptis tertio & nonagesimo quarto Psalmo.

*Qualiter Dominicis diebus Vigiliae agantur.*

C A P . XI .

**D**ominico die temperius surgat ut ad Vigilias. In quibus Vigiliis teneatur men-

fura